Praenominatus regentis Generosus Joannes Boguski se et suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniarum habitis
et habendis praenominato toti Conventui Husacoviensi nunc et pro
tempore existentis inscribit et obligat praesentibusque inscriptionem prae-
sentem reemptionalem ex his Actis Castrensibus autentice depromptam
ad Acta Terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transfer-
re et transportare sub alio simili et speciali vadio Mille flo-
renorum pecuniae polonicalis per eundem regentem aut eius successores
praefato Conventui Husacoviensi nunc et pro tempore existenti ob
non transportationem inscriptionis praesentibus pro tempore et loco su-
praexpressis ad solvendum succumbentis. Pro quibus quidem vadio
vel vadiis modo praemisso succubitis ac se aliqua parte non com-
pleta complendisque praemissis citatus extunc memoratus regentis Generosus
Joannes Boguski aut eius successores Ad instantiam praefati totius Con-
ventus Husacoviensis nunc et pro tempore existentis ad officium praesens Ca-
strensem Capitanealem Premisliensem extunc recessu supra scilicet quoad respon-
dendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare iuri parere videre vadia praefata lucere inscri-
ptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebi-
tur ac suos successores ad eadem omnia obligat eumque terminum pri-
mum peremptorium et alios omnes consequentes Causae eiusdem
terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minoren-
nitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari
adminimenta adiunctorem vel aliis quibusvis dillationibus et
legalibus impedimentis non differendo adquietationem ultra
proximos terminos officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis
dillationem

dillationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationum causasque
prosequutiones faciendi Praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis
evasionibus suspensionibus fatalibus Iuribus protectione Terrae bello Con-
ventionesque et aliis quibusvis iuris remediis et defensis non sub-
terfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Rudnicki Wzsoczanskiemu Cedit

Extus

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Ca-
pitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Rudnicki sanus men-
te et corpore existens a Terris Dislibero iuribus iurisdictionibusque su-
is quibusvis propriis et competentibus recedendo Huic vero praesenti
iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad hunc actum atti-
net secum bonis successoribusque suis generaliter omnibus tota-
liter et plenarie incorporando et subiiciendo palam publice reco-
gnovit. Quia ipse de omni et integro iure suo ve3t de in scri-
ptione Terrestri Premisliensi per Generosum olim Jacobum Klosas
sibi recepti super summam quinque millium florenorum polonicalium in et super
medietate bonorum villae Dydowa in districtu Sanocensi consi-
stentis modo obligatorio inscriptis et assecuratis tum et de interci-
sa ratione bonorum praefatorum obligatoriorum confectis Actisque Terre-
stribus Premisliensibus roboratis atque de summa praefata quinque mil-
lium florenorum polonicalium bonisque obligatis Cum omni praemissorum iure domi-
nio proprietate inscriptionibus et ulterius conditionibus punctis
clausulis articulis ligamentisque et nexibus universis Necnon
summa bonorumque summa eadem et inscriptione praefata obliga-
toria oneratis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emo-
lumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quaelibet universis

Nihil pro se suisq successoribus aut aliquopiam reseruans seu ex-
cipiendo ex praemissis verum prout praemissa omnia sibi regali-
ter competebat ac se concernebant salua nihilominus ruinatione in eadem
interasa descripta sibi reseruata super qua Generosus Marcus Wysocza-
nski personaliter stans in toto consentit. Jam ex nunc Generoso Marco
Wysoczanski eiusq posteris cessit et condescendit prout praesen-
tibus cedit et condescendit omnes et integrum ius suum praemis-
sorum omnium in ipsum cessionarium suum ac eius successores totaliter
et plenarie transfert transfundit et incorporat prout praesenti-
bus transtulit transfudit et incorporauit perpetue et in aeuum
Per ipsum cessionarium suum eiusq successores hoc eius ius cessi
dumtaxat bonorum eadem inscriptione praefata obligatoria onerata praesentibus
abscessa tenendi habendi possidendi illisq pacifice et quiete u-
tifruendi ad ususq suos ac suorum successorum quosuis beneplaci-
tos libere conuertendi praesentibus successionari vigore. Jamq ex
nunc et de facto Generoso Marco Wysoczanski eiusq posteris in eadem
bona praesentibus cessa dat et concedit realem et actualem intro-
missionem per Ministerialem et Nobiles duos die quacunq voluerint offici-
ose acceptandam per ipsum cessionarium suum eiusq posteros bona ea-
dem praesentibus cessa habendi tenendi illisq pacifice et quiete
utifruendi et ad usus suos suorumq successorum quosuis benepla-
citos libere conuertendi vigore praefati iuris originalis ea omnia
latiq in se complectens et praesentibus inscriptionis cessionariae et conde-
scensoriae. Debetq et tenebitur supradictus regens Generosus Joannes
Rudnicki prout se ac suos successores in eis suis bonis praesignatis
omnibusq sedimisq pecuniariis habitis et habendis inscripsit et obligauit

Praesentibus

Praesentibus eundem cessionarium suum eiusq posteros in eisdem
bonis modo praemisso abscessis et ratione eorundem ab omnibus quibusq
uis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis
status sexus existens in omni Judicio et officio Regni toties quo-
ties opus fuerit ex re persona et occasione sui recognoscentis ex omni
unda tueri defendere euincere intercedere indemnemq eum eiusq
posteris reddere. Idq sub vadio similis summae quinque milli-
um florenorum polonicalium per eundem regentem Generosum Joannem Rudni-
cki eiusq posteros Generoso Marco Wysoczanski eiusq poste-
ris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbens.
Insuper memoratus regens dat et concedit eidem Generoso cessiona-
rio suo eiusq posteris plenariam facultatem et omnimodam po-
testatem inscriptionem praesentem cessionariam ex his Actis Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Pre-
misliensia quandocunq voluerint transferendi et transportandi
quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet regentem trans-
portaretur. Pro quo quidem vadio praemisso modo ad soluendum
succumbendum complendisq praemissis omnibus citatus ex his
memoratus regens Generosus Joannes Rudnicki aut eius suc-
cessores ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
ex tunc re cessu supra sero quoad respondendum spectat mediante
semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
iuri parere vadium praefatum luere inscriptioni huic satisfacere ac om-
nem iuridicationem pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem
omnia obligat eundemq terminum primum peremptorium et alios omnes

causae eiusque terminos peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successoris legione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ac Quietem aliisque quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis dillatione sibi non recipiens nullasque motiones appellationes easque prorogationes faciendo praemissaque omnia praemissis simplicibus vel [illegible] evasionibus suspensionibus fatalis iuris [illegible] belli conventionesque et aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiens hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Prior Conventus Husacoviensis Rndo Patri Boguski se Inscribit

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Rndus Pater Dominicus Jasienicki Prior Conventus Husacoviensis et Sanctae Annae ad Julsztyn sitt. ordinis Carmelitarum Regularis observantiae sanus mente et corpore existens a iure [illegible] ad haec sua quamvis propria et competenti [illegible] Rndo huic autem iuris domini Castrensis Capitanealis Premisliensis se cum succedaneis bonisque suis generaliter omnibus totaliter plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac expresse sum recognovit Quia ille habens Plenipotentiam sibi per Rndum Patrem Blasium Chroicium Pallatinum sacrae Theologiae Doctorem Provincialem Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Patrum Carmelitarum Regularis observantiae Actis Castrensis Leopoliensis Feria Quarta post Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno

Millesimo

Millesimo sexcentesimo vigesimo septimo ac [illegible] infrascripti recognitum suo et totius Conventus Sanctae Annae ad Oppidum Julsztyn sitt. propriorum ratihabitionem cavet nominibus Considerans amorem Rndi Michaelis Boguski erga praefatum Conventum Sanctae Annae Carmelitarum quo ille ductus eidem Conventui summam duorum millium florenorum pecuniae polonicae inscripsit et resignavit. Recompensando amorem eius erga se suo et totius Conventus eiusque Sanctae Annae nomine [illegible] Conventu praefato nunc et pro tempore existenti super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis praefato Rndo Michaeli Boguski et eius succedaneis inscribit et obligat Quod ille cum suo Conventu praefato et fratribus nullos proventus ex bonis villae Maximowice et sortis Wyhota per Gnosum Matthiam Kowinnicki atque villae Rogozno per Gnosum Joannem Boguski pro summa duorum millium florenorum polonicorum in vim reemptionis alias na Wyderkaff eius Conventui Sanctae Annae venditis repetent aut exquirent ad extrema vitae eiusdem Rndi Boguski tempora nec summam eandem duorum millium florenorum modo praemisso inscriptam sine scitu et voluntate eiusdem Rndi Boguski de bonis suprascriptis modo praemisso venditis tollent sed censum Centum quadraginta florenorum de bonis praedictis Gnosos Matthiam Kowinnicki et Joannem Boguski inscriptum eidem Rndo Michaeli Boguski ad tempora vitae eiusdem Rndi Boguski ex toto repetere declarat. Quae omnia idem Rndus Dominicus Jasienicki secum suo Conventu praefato Husacoviensi in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis habitis et habendis praenominato Rndo Michaeli Bo-